



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Quies

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

mentor, diciturque à quæ & res, nam lamentando quæ res sit, quæ nos agitet, explicare solemus. Verum sine diphthongo scribitur, & corrumpit primam, vt differat à queror, quod est passivum huius verbi quæro. Hinc querimonia pariter, quod idem, est quod lamentatio, & questus pro lamentatione. Ouid. *Et quoties aliquos parat edere questus, Sibilat, hanc illi vocem natura reliquit.*

¶ SIMILITUDO.

Plutarchi. Quidam Homeri versus acephalos, id est, capite dimittunt, & *paucos*, id est, cauda diminutos excerpunt, tam multa integra pulcherrimaq; prætermissentes: Idem faciunt, qui de paucis vitæ malis queruntur, dissimulatis tot commoditatibus in *Moralibus.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Querimoniæ exempla: Elias 1. Reg. 19. 14. Rom. 11. 3. Ieremias ob destructam Inrusalem, Thren. 1. v. 1. Querimonia iustæ *exempla.* Moyses, Exod. 5. 22. Iosiah 10. 7. Gedcon, *Odic.* 6. 13. Populus, *Nebem.* 5. 1. Christus, *Matth.* 27. 4. 6. *Marc.* 15. 34.

Vide, Luctus, Dolor, Afflictio, Tribulatio.

Quies.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Quies, Græcè *κίνησις*, nō, n̄, & *ἠσυχία*, quiesco dicitur. Est autem quies, id quod est in re, de cuius aptitudine est, vt moueatur, non tamen est mota. *secund. Albert. Magn. in Philosophia sua super libros Physicorum.*

Quies est priuatio motus in illo de cuius aptitudine est vt moueatur, non tamen est motus. *secund. Auicennam.*

Quies, quod proprie somnum significat, dicta quasi qui tibi es, & nullo alio negotio distineris. Tunc enim cæteris negotiis non vacamus, cum dormimus. Propter quod etiam pro tranquillitate accipitur quies, à quo fit requies eiusdem significationis; & quietus, tranquillus, & quietudo, quiesco & requiesco.

Requies, Græcè *ἀνάπαυσις*, nō, n̄, siue *ἀνάπαυσις*, nō, n̄, & *ἀναπαύω*, quiesco dicitur. Est autem requies laboris intermissio, quæ omnino in hominum vita necessaria est, *vt restatur Aristot. lib. Ethic. 4. c. 8.*

¶ LOCI BIBLICI.

Quies continget populo Dei, *Hebr.* 4. 9. Quietem & pacem terram consequentur iusti, *Sapient.* 3. 3. *Et 4. 1. Esa.* 57. 2. *Luc.* 16. 22. *Apoc.* 14. 13. Quietem inuenire animæ suæ, *Ierem.* 6. 16. *Matth.* 11. 29.

Quiescendum à peccatis, *Rom.* 6. 6. *Et Gal.* 2. 18.

Quieti simus, 1. *Thess.* 4. 11.

Requies vera in Christo querenda, *Matth.* 11. 29. requies piis apparatus, 2. *Thessal.* 1. 7. *Hebr.* 4. 3. requies nulla inobedientibus, *Deut.* 28. 65.

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Ouid. *Epist.* 4.

Quod caret alterna requie, durabile non est.

Sen. *Her. Act.* 4.

Detur aliquando otium,

Quiesque secessus.

Ouid. *Epist.* 4.

Hæc reparat Sires, seque membra leuat.

Arcus, & arma tua tibi sunt imitanda Diana.

Si nunquam cesses tendere molli eris.

In solo Deo quies & tranquillitas.

Anthol. *facr.* Iacob. Billij.

Ancipitis vitæ qui sis superare labores,

Dilige quod seemper serus amator habet,

Instant terrenis iustis pericula rebus,

Feruent pro damnis prælia, proque lacris.

Et nihil est inter carnalia vota querendum,

Nec pax sollicitis, nec modus est cupidis.

In solo est mens tua Deo, quem linquere vultus,

Nunquam eris æterno non opulenti a bono.

¶ APOPHTHEGMATA.

Chilon dicebat, semper damnandam esse quietem, quoniam dicitur honestum otium. Nihil enim est, quod assiduum laborem persequi possit. *Laert. lib. 1. c. 4.*

Dion dicere solebat, oportere moderate dominari, & necessariis precipientibus id permittendum esse. Remissiones enim & ab exercitiis abotibus quies, ad nouos labores homines præparant. Sicut arcus & lyra, ita & homines quiete vigent. *Sext. *form. de herem. nō ac feruis.**

Nemo adeo in arma promptus est, vt non idem præcium quantum quam periculi malit. *Tacit. *hist.* lib. 4.*

¶ SIMILITUDO.

Thimeri. Sicuti natura nusquam patitur vacuum, ita equanimus visquam quietem. *in apoph.*

¶ FABVLA.

Hirundo & Luscina.

Hirundo quodam tempore in syluis longe euolat, ubi reperitur in solis locis suauissimè cantantem lusciniam in sempiternum re atque luctu, ob ityn filium suum, qui esset tam crudelis in fili in ætate occisus. Hanc compellans hirundo: Mea dicitur inquit, tu, salue, quam ego hodie primum post Traciam ceterudinem intruor oculis meis. Sed age, conser te ad homines & mora atque syluas desere, ibi enim tecum multo commodius habitare poteris, vbi non feræ bestie, sed homines a faucibus tuarum. Respondit huic luscina: Sine, mea foror, me hic in huiusmodi vitam degere. Nam ædificia & hominum vsus memoriarum tuarum calamitatum mihi renouarent.

Fabula docet, præstare foris & in solitudine viuere quietem, quam in vrbibus & frequentia hominum cum molestia.

Vide, Solitudo, Tranquillitas.

FINIS LIBRI DECIMI QVINTI.

POLYANT